



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbique Sibi, Svis Scriptis contrarius,  
in visitationem Saxoniam**

**Cochlaeus, Johannes**

**Parisiis, 1564**

De septem Sacramentis, cap. 15.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35803**

DE SEPTEM SACRAMENTIS.

runt quidem hæcenus, & collaudauerunt Martinum suum in Papæ Conciliorumque constitutiones & Decreta, tot libris tam scurriliter inuehentem, quasi ad se non pertineret ea, quæ contra leges & traditiones humanas ille scripsit. Quod si tam cæci sunt, ut non videant, leges quoque gentilium Romanorum esse leges & constitutiones humanas, saltem perlegant semel ista, quæ de legibus, hic ex diuersis eius libris sunt adducta. Quis autem homo Christianus æquo animo ferat, leges Christianorum in Conciliis (ubi Christus in medio eorum est, Matth. x viij. & spiritus sanctus primæ sententiæ senator, Act. xv.) traditas, dici constitutiones humanas: leges verò gentilium (qui de Christo & spiritu sancto nihil prorsus sciuerunt, sed sine Christo & sine Deo erant in hoc mundo, ut ait Apostolus Eph. ij.) dici leges aut constitutiones diuinas? Necessariò igitur sequitur hinc, ut abrogetis, aut leges principum, aut scripta Lutheri.

De septem sacramentis.

C A P. XV.

VISITATOR.

In lib. V. visitæ.

**D**Ebent præterea homines aliquando admoneri, quando de sacramentis prædicatur, ut reminiscantur baptismi sui, doceanturq; baptis

num significare, quod Deus nō solum infantia dignetur accipere, sed & totā vitā. **DOCT.** *In serm. de preparatio- ne ad mortē.*

Ante omnia sane curādum est omni studio ac diligentia, vt magnificat sacramenta moriturus, ea veneretur, eis securē hilaritēque confi-

dat, & contra peccatum, mortem & infernum ea sic libret, vt longe præponderent, ac multo

plus de sacramentis, & eorum virtutibus cogitet, quā de peccatis. **LVT.** Mihi verō ne-

ganda sunt principio septem Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda, Baptis-

mus, Pœnitentia, Panis. **QUANQUAM** si vsu scri-

pturæ loqui velim, non nisi vnum sacramentū habeam, & tria signa sacramentalia. **VISI.**

Pœnitentia connumeratur inter sacramenta, ideo sane, quod omnia sacramenta pœnitentiā

significant. Atque etiam propter alias causas aliquas, quas hīc cōmemorare nō est necesse.

**LVT.** Ea propriē Sacramenta vocari visum est, quæ annexis signis promissa sunt. Quod fit,

vt si rigidē loqui volumus, tantum duo sunt in Ecclesia Dei sacramenta, Baptismus & Pa-

nis. Cū in his solis, & institutum diuinitus signum, & promissionem remissionis peccatorum videamus. **BARR.** Quamuis ego

Vvaldensibus id testimonij publicato libello perhibuerim, quod propius accedant ad puritatem Euangelij, quā omnes alij quos

ego cognouerim, hoc tamen improbo in eis, quod more Papisticæ Ecclesiæ septem ponunt Sacramenta: cū tamen scriptura tan-

*In cap. Babilo cap. de Eucharist.*

*In lib. Vifi.*

*Vbi supra cap. fina.*

*Ad Vvaldē. ses de Sacramento Eucharistia.*

DE SEPTEM SACRAMENTIS.

tum duo norit, Baptismum & Eucharistiam.

*Ex declaratione quorundam artic.*

M A R T. Quod Romana Ecclesia præ omnibus aliis à Deo honorata sit, nullum est dubium: Ibi enim Petrus & Paulus, ac xlvj. Pontifices Rom. & multa centena milia Martyrum sanguinem suum fuderunt, mundumque & infernum deuicerunt, ut bene possit palpari, quam singularem penitus respectum Deus ad Ecclesiam istam habeat. Qua igitur fronte negatis in despectum

*In cap. Babilo. cap. de confirmat.*

eius septem sacramenta? L V T. Non hæc dico Martine, quod damnem Sacramenta septem, sed quod de scripturis ea probari negem.

*Ibidem de matrimonio.*

M A R. At fateris ipse, quod vniuersa scriptura sancta, hoc nomen sacramentum non habeat in ea significatione, qua noster usus, sed in contraria: Vbi que enim (inquis) significat, non signum rei sacræ, sed rem sacram, secretam, & absconditam. S V E R.

*In lib. de Abroganda Missa.*

Quod è scripturis auctoritatem non habet, manifestissimum est ex Diabolo esse: omnia enim Dei opera in scripturis sanctis prodita sunt, tum ea maxime, quæ ad pietatem sui pertinent, quæ fidelissime in ea sunt ordinata, ut nulla sit reliqua excusatio aut tergiuersatio. Igitur quod sine verbo Dei ordinatur, non ab Ecclesia, sed à Synagoga satanæ sub Ecclesiæ nomine ordinatur. Qua igitur audacia Sacramenta dicitis, quæ Deus in scriptura sacramenta non dicit?

*In li. 2. contra Carolo.*

L V T. Age animicida tu & spiritus peccati, fateremur quidem, Deum non dixisse Sacramenta, nec præcepisse ut Sacramenta dicantur. Sed dic

nobis contrà, vbi pròhibuit sacramenta dici?  
 Quis ergo tibi dedit potestatem prohibendi,  
 quod Deus nō pròhibet? Quid sic temerarius  
 es, vt tam grande facias peccatum, vbi Deus  
 nullum facit? An non es verus animicida, qui  
 se ponit loco Dei super nos, & aufert nostram  
 libertatē, sibi que subiicit cōscientias? SVER.  
 Quod ego de sacrificio Missæ in Papistas di-  
 xi, in te quoque, Luthere, de sacramētis haud  
 iniuria dixerim: Pia enim, & fidelis consci-  
 entia meritō & dignè pauere debet, nec hoc sa-  
 cramentum appellet aut credat, quod certissi-  
 ma est apud Deū, & in scripturis non dici sa-  
 cramentum, & hoc solum appellet sacramen-  
 tum, quod constat à Deo vocari sacramētum.  
 Quæ enim furentior est temeritas, quàm sic os  
 in cœlum ponere, vt hoc Sacramentum dicas  
 quod ille sacramentum non dicit? Quid enim  
 hoc aliud est, quàm Deos arbitrio nostro for-  
 mare, & diuina omnia nostro sensu statuere?  
 Nōne hoc est, autoritate propria, & leges, &  
 ritus, & sacerdotia, & culturas erigere incon-  
 sulto deo? & exigere, vt Deus hæc omnia rata  
 habeat, sinatque se doceri à nobis? L V T. Cū  
 nos, neque ex præcepto, neque ex prohibiti-  
 one, sed libera conscientia sacramentum appel-  
 lemus, tu Suermere & negator & blasphema-  
 tor Christi es, qui absque iussu Dei, propria te-  
 meritate nobis talem libertatem à Deo impe-  
 tratam & donatam prohibes, damnas, crimi-  
 naris, atque ex nomine ac specie externa tam

*Vbi supra.*

*Vbi supra  
 contra Ca-  
 rolostadium.*

DE SEPTEM SACRAMENTIS.

necessariam spiritualem ac magnam rem facis. Nunquid dominum meum Iesum Christum appellare non possim aliquo nomine quod in scripturis non habetur? Quid si vocarem eum cordis mei coronam, cordis mei iubilum? Vbi autem habentur hæc nomina in scripturis? Itē si de baptismo & cœna simul loquendum sit, quid faciamus? Certe in scripturis nullum est nomen, quod simul omnia sacramenta aut signa comprehendat: hîc ergo tacendum nobis foret, aut non collectim de eis loquendū, aut prophetæ isti damnarent nos, tanquam negatores Christi. Item, multi sunt articuli fidei, multæ particulæ doctrinæ Christianæ, multa capitula in Bibliis. Quid faciamus? Hęc nomina Articulus, Particula, Capitulum, in Bibliis non habentur. De eis ergo vltius loqui non licet? Quid verò facient & ipsi Prophetæ hi cœlestes, cū & ipsi nominatim capitula scripturæ citent? Nō sunt & ipsi Christicidæ, iuxta proprium ipsorum iudicium, quod dant nomina rebus diuinis, quæ in scripturis non habentur.

COCLÆVS.

*Vide ( Illust. Pr. ) quàm egregiè conficiat hîc seipsum improbiſſimus simul & impiſſimus rapsaces iste, qui tot antea libris improperavit nobis persepe, vt ordines sacros, Confirmationem, Missam, Sacrificium, Chrisma, & quicquid ipse sub XII. faciebus Antichristi*

*In lib. cōtra  
Cathari.*

cōprehēdit, ex scripturis demōstrarem, si nō  
 velimus ea pro figmentis & abominationi-  
 bus haberi. Quos insultus, quales impetus in  
 sacra nostra fecit? Insultemus (inquit) parū-  
 per portētis & idolis istis mūdi, Papæ & suis  
 sacerdotibus. Agite vos egregij sacerdotes, pro-  
 ducite nobis vnum iota aut apicē ex vniuersis  
 Euāgeliis & Epistolis Apostolorum, vos esse  
 aut dici debere sacerdotes præ cæteris. Quin  
 producitis? Auditis ne surdæ imagines? Sed au-  
 diat nunc nebulo seipsum, non omnia in scri-  
 pturis nominatim haberi, & reuocet errata, eā  
 maxime impietatem, quā & Homouision ne-  
 gare ausus est Christum, non ob aliam sanē ra-  
 tionem, nisi quia vocabulum hoc non habetur  
 in scripturis.

In lib de  
 abrogandæ  
 Nissa.

In lib. cōtra  
 Iacobū La-  
 tomum.

## De gratia Sacramentorum.

### C. AP. XVI.

MARTINVS.

**A**Duersarij mei cum omnibus suis magistris  
 vsque hodie ostendere non possunt, quā  
 sacerdos remittit culpas, nisi hereticam illam,  
 sed vsitatam sententiam proferant, qua dici-  
 tur, sacramenta nouæ legis iustificantem gra-  
 tiam dare illis qui non ponunt obicē. D O C.

In Resolū.  
 conclus. 7.